



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

B. Ottho Minor, Vltimvs Stirpis Dynastarvm Riettenbvirgensivm Ex Babone
Abvsino Ortorvm, Religiosvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

B. OTTHO MINOR,

ULTIMVS STIRPIS DYNASTARVM RIETTEN-
BURGENSIUM EX BABONE ABVSINO
ORTORVM. RELIGIO-
SVS.

Post annis CIO. CL.
Hund. lib. stemm. p.
122. 23. 24.
Volf. Selend. p. 224



Auent. p. 622.

volf. Selend. p. 224.

Nobilissima fuit Riettenburgensium familia, quæ no-
men ab castro, oppido & præfectura ad flumen Ale-
manum traxit & potentissimos aluit dynastas, qui lon-
gè latè que per Austriam, Voilandiam, Franconiam,
Boiariam dominabantur, vbi passim fundos, agros, o-
pida, pagos, vicos possidebant, magnæque in Deum pietate fere-
bantur, adeo vt tres meritò possint inter diuos ac beatos recenferi;
duo Henrici, de quibus supra memoratum, & hic Otho apud
VValderpacensem ædem religiosus, quod cœnobium ma-
iores eius anno P. C. N. CIO. C. XLIII. Innocentio II. Pont. Max.
Lothario imperante D. Bernardo adhuc inter mortales degente, de-
cimo ante supremum eius diem anno, condiderunt, situmque est
in Palatinatu haud procul à Chamo. In Boiaria aquilonari, inquit A-
uentinus, *Henricus de Lechsomund & Graispach tetrarches, Litogarda vx-
or, filius Volcardus, Cesaream; Otho filius Henrici, nepos Ruperti, pronepos Ba-
bonis comes de Riettenburg, urbis Reginolurgensis præfectus, VValderbach con-
dunt, ceremonijs Cistertiensibus inuitant.* Hæc Auentinus. Hic ergo
noster Otho vltimus Comes ex hac principe stirpe oriundus, om-
nibus rebus humanis Deo cæloque posthabitis vltimam paupertate-
m consecutus, monachum in VValderbachensi contubernio
induit, & inter principes virtutes semper coluit omnium rerum
contentum, inter quas & seipsum imprimis posuit, vt illud Christi
præceptum sequeretur, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, &
tollat crucem suam & sequatur me.* Tunicam ergo quam vnicam
duntaxat gestabat, posuit nunquam, lauit nunquam, nunquam
mutauit. Sic enim de illo vetera apud sanctum Emmerammum
monumenta: *Beatus Otho junior & vltimus Comes de Riettenburg ex sorte
hereditarie partis, quæ ipsi contigit, volens in terram Auentium potius dirigere
portionem suam, monachus factus est in monasterio VValderbach, pauper factus
ex diuite, Christum pauperem complexus, plus ceteris fratribus in gazophy-
laciis*

lacium domini misit: illi sua, hic se totum propter Deum dedit. Inter alia de-
 notationis studia eam fertur consuetudinem habuisse, quod sola tunica & cuculla
 (quam in vigilia omnium Sanctorum induit) usus, & contentus toto anno, ut
 nec propter lauare ipsas res, nec propter aliud sui commodum ea vel ad mo-
 mentum deponeret, aut mutaret. Hæc ex antiquo M. S. Codice
 bibliothecæ S. Emmerammi Ra-
 tisonæ.



Y

B. MACA-